

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

XII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

XII.

Turnus, ut suos liberet, ad extremam dimicationem promptus, — 17	
cum nec Latini consiliis nec lacrimis precibusque Amatae cedit, 80	Fide publica violata
Aeneam singulari provocat certamine, quod statim paratur. 112	
postridie dum reges ingenti multitudine circumfusi sacris institutis, 174	
quod de foedere convenerat, ratum ac firmum fore iurant, 215	
Rutuli Iunonis iussu ab Iuturna Turni sorore adeo sollicitantur, 256	
ut Tolumnii oratione exemploque adducti denuo manus conserant. 310	
Aeneas ad arcendos suos sine armis progressus sagitta vulneratur, 323	
Turnus reducto adversario magnas edit inter Troianos strages. 382	
Aeneas contra, ubi genu matris opera curato in aciem revertit, 440	
unum petit Turnum, qui tamen ductu sororis auferri solet: 499	
sequitur, ut alter alterius exercitui cladem afferat gravissimam. 553	
tum Aeneas nudae a militibus urbi ferro flammaque minitatur, 592	
qua re cognita in desperatione omnium Amata suspensio perit, 613	
Turnus repudiata cura sororis cum Aenea congredi statuit. 696	vario eventu configitur, quoad Turnus succumbit.
Commisso certamine Metisci, quo Turnus utitur, frangitur gladius, 745	
Aeneae hasta adversus Turnum coniecta figitur in radicibus oleae, 773	
neque vero deest illi sororis, huic matris auxilium. 790	
denique ubi Iuppiter ab Iunone impetravit, ut bello desisteret, 828	
proprium Latii nomen sermonem morem pollicitus servatum iri 842	
Iturnamque, ne fratri adesse pergeret, avi portentosa deterruit, 886	
Aeneas Turnum consequitur et, quamquam paulisper deprecatione eius moratur, tamen Pallantis memor duriter interfecti interficit.	

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
se signari oculis, ultro implacabilis ardet
attollitque animos. Poenorum qualis in arvis
saucius ille gravi venantum volnere pectus 5
tum demum movet arma leo gaudetque comantis
excutiens cervice toros fixumque latronis
impavidus frangit telum et fremit ore cruento,
haud secus accenso gliscit violentia Turno.
tum sic adfatur regem atque ita turbidus inquit: 10
‘nulla mora in Turno; nihil est, quod dicta retractent

ignavi Aeneadae nec, quae pepigere, recusent:
 congregior. fer sacra, pater, et concipe foedus.
 aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,
 desertorem Asiae (sedeant spectentque Latini)
 et solus ferro crimen commune refellam,
 aut habeat victos, cedat Lavinia coniunx.

15

Olli sedato respondit corde Latinus:

f. Euv. a. 33. Nova. p. 41.

o praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est 20
 consulere atque omnis metuentem expendere casus.
 sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
 multa manu, nec non aurumque animusque Latino est;
 sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus arvis
 nec genus indecores. sine me haec haud mollia fatu 25
 sublatis aperire dolis, [simul hoc animo hauri]
 me natam nulli veterum sociare procorum
 fas erat, idque omnes divique hominesque canebant.
 victus amore tui, cognato sanguine victus,
 coniugis et maestae lacrimis vincla omnia rupi:
 promissam eripui genero, arma impia sumpsi. 30
 ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur
 bella, vides, quantos primus patiare labores.
 bis magna victi pugna vix urbe tuemur
 spes Italas, recalent nostro Thybrina fluenta 35
 sanguine adhuc campique ingentes ossibus albert.
 quo referor totiens? quae mentem insania mutat?
 si Turno exstincto socios sum adscire paratus,
 cur non incolumi potius certamina tollo?
 quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet 40
 Italia, ad mortem si te (Fors dicta refutet!)
 prodiderim natam et conubia nostra petentem?
 respice res bello varias, miserere parentis
longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe
 dividit. haudquaquam dictis violentia Turni 45
 flectitur, exsuperat magis aegrescitque medendo.
 ut primum fari potuit, sic institit ore:
 quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
 deponas letumque sinas pro laude pacisci. V. 230.
 et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra 50

24 agris libri pr. M 26 simul. . hauri damn. Peerlk. et Schap.
 35 Thyberina γ²a²bc Tiberina π Charis. 269, 26. Lad. 46 ardescit-
 que M¹ tuendo M (= 1730). 47 incipit My² Goth. I χ.

spargimus, et n
 longe illi dea n
 feminea tegat e

At regin
 lebat et arde
 Turne, per ha
 tangit honos ar
 tu requies mis
 te penes, in to
 unum oro: des
 qui te cumque
 et me, Turne,
 lumina nec get
 accepit vocem
 flagrantis perfu
 subiecit rubor
 Indum sangui
 si quis ebur
 alba rosa, tal
 illum turbat
 ardet in arm
 ne, quae so,
 prosequere i
 o mater; n
 nuntius haec
 haud placito
 Puniceis inv
 non Teucro
 et Rutuli; n
 illo quaeratu
 Haec u
 poscit equos
 Pilumno qu
 qui candore
 circumstant
 pectora plau
 ipse dehinc
 circumdat lo
 ensemque cl

53 ut So
 idem con. Pe

spargimus, et nostro sequitur de volnere sanguis.
longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
feminea tegat et vanis sese occultat umbris.

At regina nova pugnae conterrita sorte
flebat et ardentem generum moritura tenebat: 55

‘Turne, per has ego te lacrimas, per si quis Amatae
tangit honos animum, (spes tu nunc una, senectae
tu requies miserae, decus imperiumque Latini
te penes, in te omnis domus inclinata recumbit)
unum oro: desiste manum committere Teucris. 60

qui te cumque manent isto certamine casus,
et me, Turne, manent; simul haec invisa relinquam
lumina nec generum Aenean captiva videbo.’

accepit vocem lacrimis Lavinia matris
flagrantis perfusa genas, cui plurimus ignem 65
subiecit rubor et calefacta per ora cucurrit;

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
si quis ebur aut mixta rubent ubi lilia multa
alba rosa, talis virgo dabat ore colores. 70

illum turbat amor figitque in virgine voltus,
ardet in arma magis paucisque adfatur Amatam:

‘ne, quaeso, ne me lacrimis neve omine tanto
prosequere in duri certamina Martis euntem,
o mater; neque enim Turno mora libera mortis. 75

nuntius haec, Idmon, Phrygio mea dicta tyranno
haud placitura refer: cum primum crastina caelo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,

non Teucros agat in Rutulos; Teucrum arma quiescant
et Rutuli; nostro dirimamus sanguine bellum;
illo quaeratur coniunx Lavinia campo.’ 80

Haec ubi dicta dedit rapidusque in tecta recessit,
poscit equos gaudetque tuens ante ora frementis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,

qui candore nives anteirent, cursibus auras.
circumstant properi aurigae manibusque lacessunt 85
pectora plausa cavis et colla comantia pectunt.

ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco
circumdat loricaum umeris, simul aptat habendo
ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae,

53 *ut* Schrad. 55 *monitura* ex con. Ribb. 74 *Martis* Hamb. I;
idem con. Peerlk. 79 *Rutulorum* b²c²π Menag. 85 *propere* Ry¹a⁴b¹

ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti 90
 fecerat et Stygia candentem tinxerat unda.
 exin, quae mediis ingenti adnixa columnae
 aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,
 Actoris Aurunci spoliū, quassatque trementem
 vociferans: 'nunc, o numquam frustrata vocatus 95
 hasta meos, nunc tempus adest; te maximus Actor,
 te Turni nunc dextra gerit; da sternere corpus
 loricaeque manu valida lacerare revolsam
 semiviri Phrygis et foedare in pulvere crinis
 vibratos calido ferro murraque madentis.' 100
 his agitur furiis totoque ardentis ab ore
 scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis,
 mugitus veluti cum prima in proelia taurus
 terrificos ciet atque irasci in cornua temptat
 arboris obnixus trunco ventosque lacessit 105
 ictibus aut sparsa ad pugnam proludit harena.

Nec minus interea maternis saevus in armis
 Aeneas acuit Martem et se suscitāt ira
 oblato gaudens componi foedere bellum.
 tum socios maestique metum solatur Iuli 110
 fata docens regique iubet responsa Latino
 certa referre viros et pacis dicere leges.

Postera vix summos spargebat lumine montis
 orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
 Solis equi lucemque elatis naribus efflant: 115
 campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
 dimensi Rutulique viri Teucrique parabant
 in medioque focos et dis communibus aras
 gramineas. alii fontemque ignemque ferebant
 velati limo et verbena tempora victi. 120
 procedit legio Ausonidum pilataque plenis
 agmina se fundunt portis, hinc Troius omnis
 Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis,
 haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
 pugna vocet. nec non mediis in milibus ipsi 125
 ductores auro volitant ostroque superbi,

92 *columna* yb¹ Arusianus 455, 19. Ribb. (sed parum constanter;
 cf. Prol. 208 et 336). 96 *nunc* (t.) *ades* Heins. *te*] non prop. Ribb.
 102 *existunt* Ra¹ *absiliunt* Hamb. II, Rbb. 104 *atque*] aut PR
 120 *lino* libri pr. duos Paris.; cf. Caper et Hyginus ap. Serv.
 124 *ferro*] bello M 126 *superbi*] *decori* libri pr. M (cf. V 133).

et genus A
 et Messapu
 utque dato
 defigunt
 tum studio
 invalidique
 obsedere,

At lu
 (tum nequ
 prospiciens
 Laurentum
 extemplo T
 diva deam
 praesidet;
 Iuppiter et
 'nympha,
 scis, ut te
 magnanim
 praetulerit
 disce tuum
 qua visa e
 cedere res
 nunc iuve
 Parcarum
 non pugna
 tu pro ge
 perge; de
 vix ea, cu
 terque qu
 'non lacri
 'adclera
 aut tu bel
 auctor ego
 incertam
 Inter
 quadriugo
 aurati bis

130 t
 134 ex P
 Ma²
 post 158 K
 mole M¹

90 et genus Assaraci Mnestheus et fortis Asilas
 et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
 utque dato signo spatia in sua quisque recessit,
 defigunt tellure hastas et scuta reclinant. 130
 95 tum studio effusae matres et volgus inermum
 invalidique senes turris et tecta domorum
 obsedere, alii portis sublimibus adstant.

At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur, *d. I. vi. VII.*
 (tum neque nomen erat neque honos aut gloria monti) † 135
 prospiciens tumulo campum aspectabat et ambas
 100 Laurentum Troumque acies urbemque Latini.
 extemplo Turni sic est adfata sororem
 diva deam, stagnis quae fluminibusque sonoris
 praesidet; hunc illi rex aetheris altus honorem 140
 Iuppiter erepta pro virginitate sacravit:
 105 'nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro,
 scis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
 magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile,
 praetulerim caelique libens in parte locarim: 145
 disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.
 110 qua visa est Fortuna pati Parcaeque sinebat
 cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi;
 nunc iuvenem imparibus video concurrere fatis,
 Parcarumque dies et vis inimica propinquat. 150
 non pugnam aspicere hanc oculis, non foedera possum.
 115 tu pro germano si quid praesentius audes,
 perge; decet. forsan miseros meliora sequentur.'
 vix ea, cum lacrimas oculis Iuturna profudit
 terque quaterque manu pectus percussit honestum. 155
 'non lacrimis hoc tempus' ait Saturnia Iuno;
 120 'adcelera et fratrem, si quis modus, eripe morti,
 aut tu bella cie conceptumque excute foedus.
 auctor ego audendi.' sic exhortata reliquit
 incertam et tristi turbatam volnere mentis. 160

Interea reges, ingenti mole Latinus
 quadriiugo vehitur curru (cui tempora circum
 aurati bis sex radii fulgentia cingunt,

130 *telluri* Rb²π Lad. Serv. 563. 132 *ac* PRyb¹ Ribb.
 134 *ex* P¹Rbcπ 135 *nec* Mx Lad. Ribb. 142 *carissima* libri pr.
 Ma²b² 145 *libens* γ Ribb. 155 *terque utraque m.* Gent 60.
 post 158 Kl. 1870, 12 versum excidisse stat. 161 *rex ingenti de*
mole M¹ *rex . . de more* Peerlk.

Solis avi specimen), bigis it Turnus in albis
 bina manu lato crispans hastilia ferro. 165
 hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
 sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis
 et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,
 procedunt castris puraque in veste sacerdos
 saetigeri fetum suis intonsamque bidentem 170
 attulit admovitque pecus flagrantibus aris.
 illi ad surgentem conversi lumina solem
 dant fruges manibus salsas et tempora ferro
 summa notant pecudum paterisque altaria libant.
 Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur: 175
 'esto nunc sol testis et haec mihi terra vocanti
 quam propter tantos potui perferre labores,
 et pater omnipotens et tu Saturnia coniunx,
 (iam melior, iam, diva, precor), tuque inclute Mavors,
 cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques; 180
 fontisque fluviosque voco quaeque aetheris alti
 religio et quae caeruleo sunt numina ponto:
 cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
 convenit Euandri victos discedere ad urbem,
 cedet Iulus agris nec post arma ulla rebelles 185
 Aeneadae referent ferrove haec regna lacessent;
 sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem
 (ut potius reor et potius di numine firment),
 non ego nec Teucris Italos parere iubebo
 nec mihi regna peto; paribus se legibus ambae 190
 invictae gentes aeterna in foedera mittant.
 sacra deosque dabo; socer arma Latinus habeto,
 imperium sollemne socer; mihi moenia Teucri
 constituent urbique dabit Lavinia nomen.
 Sic prior Aeneas, sequitur sic deinde Latinus 195
 suspiciens caelum tenditque ad sidera dextram:
 'haec eadem, Aenea, terram mare sidera, iuro
 Latonaeque genus duplex lanumque bifrontem
 vimque deum infernam et duri sacraria Ditis;
 audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit. 200
 tango aras, medios ignis et numina testor:

170 *saetigeræ* Wgn. Lad.; cf. Serv. pl. 176 *precanti* My²b²cπ
 178 *coniunx*] *luno* M¹a²cmz Serv. 176. 179 *diva*] *victa* prop. Peerlk.,
nostra Wagn. 184 *decedere* M¹ desc. M² 186 *ferroque* γ
 188 *numina* P²Ry 201 *mediosque* Fabricius ed. 1575.

nulla dies p
 quo res cum
 avertet, non
 diluvio mi
 ut sceptru
 'numquam
 cum seme
 matre car
 olim arbor
 inclusit p
 talibus inter
 conspectu in
 in flammam
 eripiunt cum

At vero
 iamdudum et
 tum magis,
 adiuvat ince
 suppliciter v
 tabentesque
 quem simul
 sermonem
 in medias ac
 cui genus a
 nomen erat
 in medias d
 rumoresque
 non pudet,
 obiectare an
 non sumus?
 fatalesque m
 vix hostem
 ille quidem
 succedet fam
 nos patria a
 cogemur, qu
 Talibus

202 rum
 Peerlk. ima
 230. lac. sta
 r. satis otiosa
 232 fatalisque

165 nulla dies pacem hanc Italis nec foedera rumpet,
 quo res cumque cadent; nec me vis ulla volentem
 avertet, non, si tellurem effundat in undas
 diluvio miscens caelumque in Tartara solvat! 205

ut sceptrum hoc' (dextra sceptrum nam forte gerebat)
 'numquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,
 170 cum semel in silvis imo de stirpe recisum
 matre caret posuitque comas et braccia ferro;
 olim arbos, nunc artificis manus aere decoro 210
 inclusit patribusque dedit gestare Latinis.'

talibus inter se firmabant foedera dictis
 175 conspectu in medio procerum. tum rite sacratas
 in flammam iugulant pecudes et viscera vivis
 eripiunt cumulantque oneratis lancibus aras. 215

At vero Rutulis impar ea pugna videri
 iamdudum et vario misceri pectora motu;
 tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis ...
 adiuvat incessu tacito progressus et aram
 suppliciter venerans demisso lumine Turnus 220

tabentesque genae et iuvenali in corpore pallor.
 quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
 185 sermonem et volgi variare labantia corda,
 in medias acies formam adsimulata Camerti,
 cui genus a proavis ingens clarumque paternae 225

nomen erat virtutis et ipse acerrimus armis —
 in medias dat sese acies haud nescia rerum
 190 rumoresque serit varios ac talia fatur:

'non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
 obiectare animam? numerone an viribus aequi 230
 non sumus? en, omnes et Troes et Arcades hi sunt
 fatalesque manus, infensa Etruria Turno:

vix hostem, alterni, si congregiamur, habemus.
 ille quidem ad superos, quorum se devovet aris, 235
 succedet fama vivusque per ora feretur;
 nos patria amissa dominis parere superbis
 cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis.'

20 Talibus incensa est iuvenum sententia dictis

202 rumpat P²γ 203/5 secl. Rbb., verba nec me .. solvat
 Peerlk. ima Haupt vivo cod. Daventr. 218 aequos Schrad.; cf.
 230. lac. stat. Ribb. 221 pubentes libri pr. a²cγ 227 haud n.
 r. 'satis otiosa' post 222 s. Wagn.; secl. Rbb. 230 aequis Pγχ
 232 fatalisque Pγc Serv. Lad. 237 lentis γ¹ armis M¹γ¹

iam magis atque magis serpitque per agmina murmur;
 ipsi Laurentes mutati ipsique Latini. 240
 qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem
 sperabant, nunc arma volunt foedusque precantur
 infectum et Turni sortem miserantur iniquam.
 his aliud maius Iuturna adiungit et alto
 dat signum caelo, quo non praesentius ullum 245
 turbavit mentes Italas monstroque fefellit.
 namque volans rubra fulvus Iovis ales in aethra
 litoreas agitabat aves turbamque sonantem
 agminis aligeri, subito cum lapsus ad undas
 cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis. 250
 arrexere animos Itali: cunctaque volucres
 convertunt clamore fugam (mirabile visu)
 aetheraque obscurant pinnis hostemque per auras
 facta nube premunt, donec vi victus et ipso
 pondere defecit praedamque ex unguibus ales 255
 proiecit fluvio penitusque in nubila fugit.

Tum vero augurium Rutuli clamore salutant
 expediuntque manus, primusque Tolumnius augur
 'hoc erat, hoc, votis' inquit 'quod saepe petivi.
 accipio adgnoscoque deos; me, me duce ferrum 260
 corripite, o miseri, quos improbus advena bello
 territat invalidas ut aves et litora vestra
 vi populat. petet ille fugam penitusque profundo
 vela dabit. vos unanimi densate catervas
 et regem vobis pugna defendite raptum.' 265
 dixit et adversos telum contorsit in hostis
 procurrens, sonitum dat stridula cornus et auras
 certa secat. simul hoc, simul ingens clamor et omnes
 turbati cunei calefactaque corda tumultu.
 hasta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum 270
 corpora constiterant contra, quos fida creatur
 una tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo,
 horum unum, ad mediam teritum qua sutilis alvum
 balteus et laterum iuncturas fibula mordet,
 egregium forma iuvenem et fulgentibus armis, 275
 transadigit costas fulvaeque effundit harena.

244 *hic al. m. Saturnia iungit* Peerlk. 247 *fulvus rubra* M
 264 *unanimes* Ma² *unanimes c²χ unanime* Py¹ *densete* Rbc Serv.
 (cf. XI 650) Ribb. 273 *medium* l. pr. M¹π *alvum πχ*, def. Schröt.
 1888, 13. *alveo* P¹ *alvo* P²R Serv. Ribb. *auro* M

at fratres, an
 pars gladios s
 corripunt cae
 procurrunt
 Troes Agylli
 sie omnis am
 diripere aras
 tempestas telo
 craterasque fo
 pulsatos refer

Infrenant
 subiciunt in e
 Messapus reg
 Tyrrhenum A
 adverso prote
 et miser oppo
 in caput inqu
 Messapus tel
 desuper altus

hoc habet, h
 concurrunt It
 obvius ambu
 corripit et v
 occupat os f
 nidoremque
 caesariem la
 impressoque
 sic rigido lat
 pastorem prin
 ense sequens
 adversi fronte
 discit et spar
 olli dura que
 somnus, in a

At pius
 nudato capite
 quo ruitis?
 o cohibete in

285 *terun*
 stant M² 29
 libri pr. M
 311 *inertem* M
 Vergilius.

at fratres, animosa phalanx accensaque luctu,
 pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
 corripunt caecique ruunt. quos agmina contra
 procurrant Laurentum, hinc densi rursus inundant 280
 Troes Agyllinique et pictis Arcades armis.
 sic omnis amor unus habet discernere ferro.
 diripuere aras, it toto turbida caelo
 tempestas telorum ac ferreus ingruit imber,
 craterasque focosque ferunt. fugit ipse Latinus 285
 pulsatos referens infecto foedere divos.

Infrenant alii currus aut corpora saltu
 subiciunt in equos et strictis ensibus adsunt.
 Messapus regem regisque insigne gerentem
 Tyrrhenum Aulesten avidus confundere foedus 290
 adverso proterret equo, ruit ille recedens
 et miser oppositis a tergo involvitur aris
 in caput inque umeros. at fervidus advolat hasta
 Messapus teloque orantem multa trabali
 desuper altus equo graviter ferit atque ita fatur: 295

hoc habet, haec melior magnis data victima divis.
 concurrunt Itali spolianteque calentia membra.
 obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara
 corripit et venienti Ebyso plagamque ferenti
 occupat os flammis; olli ingens barba reluxit
 nidoremque ambusta dedit, super ipse secutus
 caesariem laeva turbati corripit hostis
 impressoque genu nitens terrae applicat ipsum; 300
 sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
 pastorem primaque acie per tela ruentem 305
 ense sequens nudo superimminet, ille securi
 adversi frontem mediam mentumque reducta
 disicit et sparso late rigat arma cruore.
 olli dura quies oculos et ferreus urget
 somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem. 310

At pius Aeneas dextram tendebat inermem
 nudato capite atque suos clamore vocabat:
 quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?
 o cohibete iras! ictum iam foedus et omnes

285 *terunt* Hoffm. ZöG. 1854, 223. 287 *aut] et* M 288 *ad-*
stant M² 296 *habe et* M 299 *Ebuso* l. pr. MR; Ribb. 300 *illi*
 libri pr. M 310 *conduntur* P, duo Rottendorph., Ribb. (cf. G. IV 496).
 311 *inertem* M¹

compositae leges; mihi ius concurrere soli, 315
 me sinite atque auferte metus: ego foedera faxo
 firma manu, Turnum debent haec iam mihi sacra.
 has inter voces, media inter talia verba,
 ecce, viro stridens alis adlapsa sagitta est,
 incertum, qua pulsa manu, quo turbine adacta, 320
 quis tantam Rutulis laudem, casusne deusne,
 attulerit; pressa est insignis gloria facti
 nec sese Aeneae iactavit vulnere quisquam.

Turnus, ut Aenean cedentem ex agmine vidit 325
 turbatosque duces, subita spe fervidus ardet;
 poscit equos atque arma simul saltuque superbus
 emicat in currum et manibus molitur habenas.
 multa virum volitans dat fortia corpora Leto,
 seminecis volvit multos aut agmina curru
 proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas. 330
 qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebrī
 sanguineus Mavors clipeo intonat atque furentis
 bella movens immittit equos; illi aequore aperto
 ante Notos Zephyrumque volant (gemit ultima pulsū
 Thraca pedum) circumque atrae Formidinis ora 335
 Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur,
 talis equos alacer media inter proelia Turnus
 fumantis sudore quatit miserabile caesis
hostibus insultans: spargit rapida ungula rores
sanguineos mixtaque cruor calcatur harena. 340
 iamque neci Sthenelumque dedit Thamyrumque Pholumque,
 hunc congressus et hunc, illum eminus; eminus ambo
Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasmus ipse
 nutrierat Lycia paribusque ornaverat armis,
 vel conferre manum vel equo praevertere ventos. 345

Parte alia media Eumedes in proelia fertur,
 antiqui proles bello praeclara Dolonis,
 nomine avum referens, animo manibusque parentem,
 qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
 ausus Pelidae pretium sibi poscere currus; 350
 illum Tydides alio pro talibus ausis
 adfecit pretio nec equis adspirat Achillis.
 hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto

321 *casusve deusve* M 330 *aut] et* R Diomed. 418, 32.
 332 *increpat* Pyb Serv. Ribb. 335 *Thraica* R *Thraeca* Ribb.
 343 *Embrasidas* PRc *Embrasus* PRyc¹; cf. X 123.

ante levi iac
 sistit equos
 semianimi la
 impresso
 fulgentem
 'en, agros e
 Hesperiam m
 ferro ansi te
 huic comitem
 Chloreaque S
 et sternacis
 Ac velu
 insonat Aega
 qua venti in
 sic Turno, c
 conversaeque
 et cristam ac
 non tulit ins
 obiecti sese
 ora citatorum
 dum trahitur
 lancea con
 loricam et s
 ille tamen o
 ibat et auxi
 cum rota p
 impulit effi
 imam inter
 abstulit ense
 Atque e
 interea Aene
 Ascaniusque
 alternos long
 saevit et infr
 eripere auxili
 ense secent l
 rescindant pe
 iamque aderat
 lasides, acri
 356 *elaps*
 Peetk. 371
 Byb¹ca 389

ante levi iaculo longum per inane secutus
sistit equos biugis et curru desilit atque 355

semianimi lapsoque supervenit et pede collo
impresso dextrae mucronem extorquet et alto
fulgentem tinguit iugulo atque haec insuper addit:
en, agros et, quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia, qui me 360

ferro ausi temptare, ferunt; sic moenia condunt.
huic comitem Asbyten coniecta cuspide mittit
Chloreaque Sybarimque Daretaque Thersilochumque
et sternacis equi lapsum cervice Thymoeten.

Ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto 365
insonat Aegaeo sequiturque ad litora fluctus,
qua venti incubuere, fugam dant nubila caelo,
sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt
conversaeque ruunt acies; fert impetus ipsum
et cristam adverso curru quatit aura volantem. 370

non tulit instantem Phegeus animisque frementem,
obiecit sese ad currum et spumantia frenis
ora citatorum dextra detorsit equorum.

dum trahitur pendetque iugis, hunc lata reiectum
lancea consequitur rumpitque infixi bilicem 375
loricam et summum degustat vulnere corpus.

ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
ibat et auxilium ducto mucrone petebat,
cum rota praecipitem et procurso concitus axis
impulit effunditque solo Turnusque secutus 380
imam inter galeam summi thoracis et oras
abstulit ense caput truncumque reliquit harenae.

Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
interea Aenean Mnestheus et fidus Achates
Ascaniusque comes castris statuere cruentum 385
alternos longa nitentem cuspide gressus.

saevit et infracta luctatur harundine telum
eripere auxilioque viam, quae proxima, poscit:
ense secant lato vulnus telique latebras
rescindant penitus seseque in bella remittant. 390

iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapyx
Isides, acri quondam cui captus amore

356 *elapsoque* P¹bπχ Serv. pl. 357 *dextra* Ry¹c 367 *secl.*
Peerlk. 371 *turentem* Hamb. I. 380 *effudit* Bzc 382 *harena*
Ry¹β¹π¹ 389 *latebram* libri pr. M; Ribb. 391 (420. 425) *Iapis* χ

ipse suas artis, sua munera, laetus Apollo
 augurium citharamque dabat celerisque sagittas;
 ille, ut depositi proferret fata parentis,
 scire potestates herbarum usumque medendi
 maluit et mutas agitare inglorius artis.
 stabat acerba fremens ingentem nixus in hastam
 Aeneas magno iuvenum et maerentis luli
 concursu, lacrimis immobilis. ille retorto
 Paeonium in morem senior succinctus amictu
 multa manu medica Phoebique potentibus herbis
 nequiquam trepidat, nequiquam spicula dextra
 sollicitat prensatque tenaci forcipe ferrum.
 nulla viam Fortuna regit, nihil auctōr Apollo
 subvenit, et saevus campis magis ac magis horror
 crebrescit propiusque malum est. iam pulvere caelum
 stare vident: subeunt equites et spicula castris
 densa cadunt mediis. it tristis ad aethera clamor
 bellantum iuvenum et duro sub Marte cadentum.

Eur. 609.
 v. Kahlen

Hic Venus indigno nati concussa dolore
 dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,
 puberibus caulem foliis et flore comantem
 purpureo; non illa feris incognita capris
 gramina, cum tergo volucres haesere sagittae.
 hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo
 detulit, hoc fusum labris splendentibus amnem
 inficit occulte medicans spargitque salubris
 Ambrosiae sucos et odoriferam panaceam.
 fovit ea volnus lymphā longaevis Iapyx
 ignorans subitoque omnis de corpore fugit
 quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis.
 iamque secuta manum nullo cogente sagitta
 excidit atque novae rediere in pristina vires.
 'arma citi properate viro! quid statis?' Iapyx
 conclamat primusque animos accendit in hostem;
 'non haec humanis opibus, non arte magistra
 proveniunt neque te, Aenea, mea dextera servat:
 maior agit deus atque opera ad maiora remittit.'
 ille avidus pugnae suras incluserat auro

394 dedit M; cf. Serv. dedi γ¹ 398 fixus M 401 Paeo-
 num P Paeonidum M 408 subeuntque Rc 417 plendentibus P¹
 pendentibus Ra¹, def. Schröt. 1888, 13. 422 imo in v. P²Ry²απχ
 423 manus P¹γ¹ manu M¹P²γ²

cf. Ovid. Heroid.

hinc atque h
 postquam ha
 Ascanium fu
 summaque
 'disce, puer
 fortunam ex
 defensum da
 tu facito, mo
 sis memor et
 et pater Aen

Haec ubi
 telum imman
 Anthesque M
 turba fluit ca
 miscetur puls
 vidit ab adver
 videre Auson
 ossa tremor,
 audit adgnos
 ille volat can
 qualis ubi ad
 it mare pe
 horrescunt g
 arboribus st
 ante volant
 talis in adve
 agmen agit,
 adglomerant.
 Archetium M
 Ufentemque
 primus in ad
 tollitur in ca
 pulverulenta
 ipse neque at
 nec pede con
 insequitur; s

432 habit
 aethere Peerlk.
 γ¹b¹ 457 co
 Bergk JJ. 1861
 527; Rbb.
 longum Pieri

hinc atque hinc oditque moras hastamque coruscat.
 postquam habilis lateri clipeus loricaque tergo est,
 Ascanium fuis circum complectitur armis
 summaque per galeam delibans oscula fatur:
 'disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, 435
 fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello
 defensum dabit et magna inter praemia ducet;
 tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
 sis memor et te animo repetentem exempla tuorum
 et pater Aeneas et avunculus excitet Hector.' = 177, 345. 440

Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens
 telum immane manu quatiens, simul agmine denso
 Antheusque Mnestheusque ruunt omnisque relictis
turba fluit castris. tum caeco pulvere campus
 miscetur pulsuque pedum tremit excita tellus. 445
 vidit ab adverso venientis aggere Turnus,
 videre Ausonii gelidusque per ima cucurrit
 ossa tremor, prima ante omnis Iuturna Latinos
 audiit adgnovitque sonum et tremefacta refugit.
 ille volat campoque atrum rapit agmen aperto. 450
 qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
 it mare per medium (miseris, heu, praescia longe
horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
 arboribus stragemque satis, ruet omnia late),
 ante volant sonitumque ferunt ad litora venti, 455
 talis in adversos ductor Rhoeteius hostis
 agmen agit, densi cuneis se quisque coactis
 adglomerant. ferit ense gravem Thymbraeus Osirim,
 Archetium Mnestheus, Epulonem obrunecat Achates
 Ufentemque Gyas; cadit ipse Tolumnius augur, 460
 primus in adversos telum qui torserat hostis.
 tollitur in caelum clamor versique vicissim
 pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
 ipse neque aversos dignatur sternere Morti
 nec pede congressos aequo nec tela ferentis 465
 insequitur; solum densa in caligine Turnum

432 *habilis*] *aptus* Peerlk. 444 *ruit* P 451 *abruptus ab*
aethere Peerlk. 454 *ruit* Mb¹ Diomed. 441, 24. 455 *volans* MP²
 γ¹b¹ 457 *coacti* M²; prob. Wagn. 458 s. *Osinim Tarchetiumque*
 Bergk JJ. 1861, 638 et Ind. aest. Halle 1864, VII = Opusc. I 311 et
 527; Rbb. 461 *improb.* Güthl. 464 *adversos* libri pr. R et Ob-
 longum Pierii -os V

vestigat lustrans, solum in certamina poscit.

Hoc concussa metu mentem Iuturna virago
 aurigam Turni media inter lora Metiscum
 excutit et longe lapsum temone relinquit, 470
 ipsa subit manibusque undantis flectit habenas
 cuncta gerens vocemque et corpus et arma Metisci.
 nigra velut magnas domini cum divitis aedes
 pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo
 pabula parva legens nidisque loquacibus escas 475
 et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
 stagna sonat, similis medios Iuturna per hostis
 fertur equis rapidoque volans obit omnia curru
 iamque hic germanum iamque hic ostentat ovantem
 nec conferre manum patitur, volat avia longe. 480
 haud minus Aeneas tortos legit obvius orbis
 vestigatque virum et disiecta per agmina magna
voce vocat. quotiens oculos coniecit in hostem
 alipedumque fugam cursu temptavit equorum,
 aversos totiens curru Iuturna retorsit. 485
 heu, quid agat? vario nequiquam fluctuat aestu
 diversaeque vocant animum in contraria curae.
 huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
 lenta levis cursu praefixa hastilia ferro,
 horum unum certo contorquens dirigit ictu. 490
 substitit Aeneas et se collegit in arma
 poplite subsidens, apicem tamen incita summum
 hasta tulit summasque excussit vertice cristas.
 tum vero adsurgunt irae, insidiisque subactus,
 diversos ubi sentit equos currumque referri, 495
 multa Iovem et laesi testatus foederis aras
 iam tandem invadit medios et Marte secundo
 terribilis saevam nullo discrimine caedem
 suscitatur irarumque omnis effundit habenas.

Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes 500
 *diversas obitumque ducum, quos aequore toto
 inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
 expediat? tanton placuit concurrere motu,
 Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras?

470 *relinquit* M²V *reliquit* cet. libri; Ribb. 479 *ostendit* M¹
 bc²π 482 *magna*] *longe* Bendl. 485 *aversos* M²γπ; cf. 464.
 490 *dirigit* γβζ Serv. *der.* cet. l.; Ribb. 495 *sensit* libri pr. Mz;
 Ribb. 496 *testatur* PR

Aeneas I
 pugna loco st
 excipit in lat
 transadigit
 Turnus equ
 congressus pe
 hunc mucron
 suspendit cap
 ille Talon Ta
 tris uno cong
 nomen Echio
 hic fratres Ly
 et juvenem e
 Arcada, pisc
 ars fuerat pa
 limina condu
 ac velut imm
 arentem in s
 aut ubi decu
 dant sonitum
 quisque suu
 Aeneas Turn
 fluctuat ira
 pectora, nu
 Murrant
 nomina per
 praecipitem
 excutit effur
 provolvere r
 incita nec d
 ille ruenti H
 occurrit telu
 olli per gal
 dextera nec
 eripuit Turn
 Aenea venier
 pectora nec

505 *fure*
 514 *vastum* J
 idem *adversat*
 520 *limina* M
 Pier. x 532

Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentis 505
 pugna loco statuit Teucros) haud multa morantem
 excipit in latus et, qua fata celerrima, crudum
 transadigit costas et cratis pectoris ensem.
 Turnus equo deiectum Amycum fratremque Diorem
 congressus pedes, hunc venientem cuspage longa, 510
 hunc mucrone ferit curruque abscisa duorum
 suspendit capita et rorantia sanguine portat.
 ille Talon Tanaimque neci fortemque Cethegum,
 tris uno congressu, et maestum mittit Oniten,
 nomen Echionium matrisque genus Peridiae; 515
 hic fratres Lycia missos et Apollinis agris
 et iuvenem exosum nequiquam bella Menoeten
 Arcada, piscosae cui circum flumina Lerne
 ars fuerat pauperque domus nec nota potentum
 limina conductaque pater tellure serebat. 520
 ac velut immissi diversis partibus ignes
 arentem in silvam et virgulta sonantia lauro,
 aut ubi decursu rapido de montibus altis
 dant sonitum spumosi amnes et in aequora currunt
 quisque suum populatus iter, non segnius ambo 525
 Aeneas Turnusque ruunt per proelia; nunc, nunc
 fluctuat ira intus, rumpuntur nescia yinci
pectora, nunc totis in volnera viribus itur.

Murrarum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
 nomina per regesque actum genus omne Latinos, 530
 praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi
 excutit effunditque solo; hunc lora et iuga subter
 provolvere rotae, crebro super ungula pulsu
 incita nec domini memorum proculcat equorum.
 ille ruenti Hyllo animisque immane frementi 535
 occurrit telumque aurata ad tempora torquet:
 olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
 dextera nec tua te, Graium fortissime Cretheu,
 eripuit Turno, nec di texere Cupencum
 Aenea veniente sui, dedit obvia ferro 540
 pectora nec miserum clipei mora profuit aerei.

505 *fuventis* V 506 *moratum* Serv. pl. 511 *abscissa* MRb¹
 514 *vastum* Jasper ZGW. 1879, 570; sed cf. Köstlin Phil. 1881, 180.
 idem adversatur Ribbeckio, qui Peerlk. secutus v. 515 et 516 transpos.
 520 *limina* M *munera* cet. libri; Serv. Ribb. 526 *per] in* ant.
 Pier. x 532 *excipit* M 541 *aerei* ed. Aldina 1501. *aeris* libri.

te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
 oppetere et late terram consternere tergo:
 occidis, Argivae quem non potuere phalanges
 sternere nec Priami regnorum eversor Achilles; 545
 hic tibi mortis erant metae, domus alta sub Ida,
 Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulcrum.
 totae adeo conversae acies omnesque Latini,
 omnes Dardanidae, Mnestheus acerque Serestus 550
 et Messapus equum domitor et fortis Asilas
 Tuscorumque phalanx Euandrique Arcades alae,
 pro se quisque viri summa nituntur opum vi;
 nec mora nec requies, vasto certamine tendunt.

Hic mentem Aeneae genitrix pulcherrima misit,
 iret ut ad muros urbique adverteret agmen 555
 ocios et subita turbaret clade Latinos.

ille, ut vestigans diversa per agmina Turnum
 huc atque huc acies circumtulit, aspicit urbem
 immunem tanti belli atque impune quietam.
 continuo pugnae accendit maioris imago. 560

Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum
 ductores tumulumque capit, quo cetera Teucrum
 concurrunt legio, nec scuta aut spicula densi
 deponunt. celso medius stans aggere fatur:

ne qua meis esto dictis mora; Iuppiter hac stat; 565
 neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
 urbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
 ni frenum accipere et victi parere fatentur,
 eruam et aequa solo fumantia culmina ponam.

scilicet expectem, libeat dum proelia Turno 570
 nostra pati rursusque velit concurrere victus?
 hoc caput, o cives, haec belli summa nefandi.
 ferte faces propere foedusque repositae flammis.³

Dixerat atque animis pariter certantibus omnes
 dant cuneum densaque ad muros mole feruntur. 575
 scalae improviso subitusque apparuit ignis.
 discurrunt alii ad portas primosque trucidant,
 ferrum alii torquent et obumbrant aethera telis.
 ipse inter primos dextram sub moenia tendit
 Aeneas magnaue incusat voce Latinum 580
 testaturque deos iterum se ad proelia cogi,

550 *Atinas* (cf. 661) Lindner GPr. Hirschberg 1886, 5. 561 *Cloanthum* Parrhas.; cf. IV 288. 573 *properi* m Menag. I 'plerique' Pier.

bis iam Italos
 exoritur trepi
 urbem alii re
 Dardanidis
 arma ferunt
 inclusas ut c
 vestigavit ape
 illae intus tre
 discurrunt ma
 volvitur ater
 intus saxa so

Accidit l
 quae totam l
 regina ut tec
 incesi muros
 nusquam acie
 infelix pugna
 extinctum et
 se causam cl
 multaque per
 purpureos m
 et nodum in
 quam clade
 filia prima n
 et roseas lar
 turba furit,
 hinc totam i
 demittunt m
 coniugis atto
 canitiem imm
 multaque se
 Dardanium A

Interea
 palantis sequ
 iam minus at
 attulit hunc
 commixtum c

582 iam
 596 inedi M
 Serv. pl. flav
 611 turpat id,
 Wagn. excurs.

bis iam Italos hostis, haec altera foedera rumpi.
 exoritur trepidos inter discordia civis:
 urbem alii reserare iubent et pandere portas
 Dardanidis ipsumque trahunt in moenia regem; 585
 arma ferunt alii et pergunt defendere muros,
 inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
 vestigavit apes fumoque implevit amaro;
 illae intus trepidae rerum per cerea castra
 discurrunt magnisque acuunt stridoribus iras, 590
 volvitur ater odor tectis, tum murmure caeco
 intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.
 Accidit haec fessis etiam fortuna Latinis,
 quae totam luctu concussit funditus urbem.
 regina ut tectis venientem prospicit hostem, 595
 inaccessi muros, ignis ad tecta volare,
 nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni,
 infelix pugnae iuvenem in certamine credit
 extinctum et subito mentem turbata dolore
 se causam clamat crimenque caputque malorum 600
 multaque per maestum demens effata furorem
 purpureos moritura manu discindit amictus
 et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
 quam cladem miserae postquam accepere Latinae,
 filia prima manu flores Lavinia crinis 605
 et roseas laniata genas, tum cetera circum
 turba furit, resonant late plangoribus aedes.
 hinc totam infelix volgatur fama per urbem.
 demittunt mentes, it scissa veste Latinus
 coniugis attonitus fati urbisque ruina 610
 canitiem immundo perfusam pulvere turpans
 multaque se incusat, qui non acceperit ante
 Dardanium Aenean generumque advoverit ultro.
 Interea extremo bellator in aequore Turnus
 palantis sequitur paucos iam segnior atque 615
 iam minus atque minus successu laetus equorum.
 attulit hunc illi caecis terroribus aura
 commixtum clamorem arrectasque impulit auris

582 iam post haec repetit M² Lad. 587 ut cum] veluti M
 596 incendi M¹ incendi ya²c¹ incensi Ra¹ 605 flores Probus ap.
 Serv. pl. flavos libri 607 latae M¹Rc 609 it] et Peerlk.
 611 turpat id. 612/3 (= XI 471s.) libri non exhibent nisi a²c^x; def.
 Wagn. excurs. 850. 617 huc Hamburg. I², Madv. 45.

confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.
 'ei mihi quid tanto turbantur moenia luctu? 620
 quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?'
 sic ait adductisque amens subsistit habenis.
 atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci
aurigae currumque et equos et lora regebat,
 talibus occurrit dictis: 'hac, Turne, sequamur 625
 Troiugenas, qua prima viam victoria pandit;
 sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
 ingruit Aeneas Italis et proelia miscet,
 et nos saeva manu mittamus funera Teucris.
 nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.' 630

Turnus ad haec:

'o soror, et dudum agnovi, cum prima per artem
 foedera turbasti teque haec in bella dedisti,
 et nunc nequiquam fallis dea. sed quis Olympo
 demissam tantos voluit te ferre labores? 635
 an fratris miseri letum ut crudele videres?
 nam quid ago? aut quae iam spondet Fortuna salutem?
 vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
 Murranum, quo non superat mihi carior alter,
 oppetere ingentem atque ingenti volnere victum. 640
 occidit infelix, ne nostrum dedecus Ufens
 aspiceret; Teucri potiuntur corpore et armis.
 excindine domos (id rebus defuit unum)
 perpetiar, dextra nec Drancis dicta refellam?
 terga dabo et Turnum fugientem haec terra videbit? 645
 usque adeone mori miserum est? vos o mihi, Manes,
 este boni, quoniam superis aversa voluntas.
 sancta ad vos anima atque istius nescia culpae
 descendam, magnorum haud umquam indignus avorum.'

Vix ea fatus erat, medios volat ecce per hostis 650
 vectus equo spumante Saces adversa sagitta
 saucius ora ruitque implorans nomine Turnum:
 'Turne, in te suprema salus; miserere tuorum.
 fulminat Aeneas armis summasque minatur
 deiecturum arces Italum excidioque daturum, 655
 iamque faces ad tecta volant. in te ora Latini,
 in te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,

631 *humili respondet talia voce* add. Leid. 639 *fuerat* M¹mx
 641 *nostrum ne* P Ribb. 647 *adversa* Myb 648 *nescia* Menag. II,
 Goth. III. *inscia* boni libri; def. Wagn. LV. 60.

quos generos
 praeterea regis
 occidit ipsa su
 soli pro portu
 sustentant acie
 stant densae s
 ferrea: tu cur
 obstipuit varia
 Turnus et obt
 uno in corde
 et furis agitat
 ut primum dis
 ardentis oculo
 turbidus eque

Ecce autem
 ad caelum un
 turrim compa
 subdideratque
 iam iam fata
 quo deus et
 stat conferre
 morte pati
 amplius. hu
 dixit et e cu
 perque hosti
 deserit ac ra
 ac veluti mor
 cum ruit avo
 proluit aut a
 fertur in abru
 exsultatque se
 involvens sec
 sic urbis rui
 sanguine terr
 significatque
 parcite iam,
 quaecumque
 pro vobis foe
 discessere om
 At pater

661 *Asila*

quos generos vocet aut quae sese ad foedera flectat.
 praeterea regina tui fidissima dextra
 occidit ipsa sua lucemque exterrita fugit. 660

soli pro portis Messapus et acer Atinas
 sustentant acies; circum hos utrimque phalanges
 stant densae strictisque seges mucronibus horret
 ferrea: tu currum deserto in gramine versas.

obstupuit varia confusus imagine rerum 665

Turnus et obtutu tacito stetit; aestuat ingens
 uno in corde pudor mixtoque insania luctu
 et furiis agitatus amor et conscia virtus.

ut primum discussae umbrae et lux reddita menti
 ardentis oculorum orbis ad moenia torsit
 turbidus eque rotis magnam respexit ad urbem. 670

Ecce autem, flammis inter tabulata volutus
 ad caelum undabat vertex turrimque tenebat,
 turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse
 subdideratque rotas pontisque instraverat altos. 675

iam iam fata, soror, superant, absiste morari;
 quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur.

stat conferre manum Aeneae, stat, quidquid acerbi est,
 morte pati: neque me indecorem, germana, videbis
 amplius. hunc, oro, sine me furere ante furorem. 680

dixit et e curru saltum dedit ocuis arvis
 perque hostis, per tela ruit maestamque sororem
 deserit ac rapido cursu media agmina rumpit.

ac veluti montis saxum de vertice praecipit
 cum ruit avolsum vento, seu turbidus imber 685

proluit aut annis solvit sublapsa vetustas,
 fertur in abruptum magno mons improbus actu

exultatque solo silvas, armenta virosque
 involvens secum, disiecta per agmina Turnus
 sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso 690

sanguine terra madet striduntque hastilibus aerae,
 significatque manu et magno simul incipit ore:

'parcite iam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini;
 quaecumque est fortuna, mea est; me verius unum
 pro vobis foedus luere et decernere ferro.' 695

discessere omnes mediū spatiumque dedere.
 At pater Aeneas audito nomine Turni

661 *Asilas* πχ; def. Kv. 1878, 265.

662 *aciem* PR Ribb.

cf. 650 *advent. Veron*

639 fuerat M
 648 necesse Menz. I

deserit et muros et summas deserit arces
 praecipitatque moras omnis, opera omnia rumpit
 laetitia exultans horrendumque intonat armis, 700
 quantus Athos aut quantus Eryx aut ipse coruscis
 cum fremit ilicibus quantus gaudetque nivali
vertice se attollens pater Appenninus ad auras.
 iam vero et Rutuli certatim et Troes et omnes
 convertere oculos Itali quique alta tenebant 705
 moenia quique imos pulsabant ariete muros
 armaque deposuere umeris. stupet ipse Latinus
 ingentis genitos diversis partibus orbis
 inter se coiisse viros et cernere ferro. *sec. Ennium (cf. 1. 490.)*
 atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi, 710
 procurso rapido coniectis eminus hastis
 invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.
 dat gemitum tellus, tum crebris ensibus ictus
 congeniant, fors et virtus miscentur in unum.
 ac velut ingenti Sila summove Taburno 715
 cum duo conversis inimica in proelia tauri
frontibus incurrunt, pavidi cessere magistri,
 stat pecus omne metu mutum mussantque iuvencae,
 quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur;
 illi inter sese multa vi volnera miscent 720
 cornuaque obnixi infigunt et sanguine largo
 colla armosque lavant, gemitu nemus omne remugit,
 non aliter Tros Aeneas et Daunius heros
 concurrunt clipeis, ingens fragor aethera complet.
 Iuppiter ipse duas aequato examine lances 725
 sustinet et fata imponit diversa duorum,
 quem damnet labor et quo vergat pondere letum. . .
 Emicat hic impune putans et corpore toto
 alte sublatum surgit Turnus in ensem
 et ferit. exclamant Troes trepidique Latini, 730
 arrectaeque amborum acies. at perfidus Latini,
 frangitur in medioque ardentem deserit ictu —
 ni fuga subsidio subeat. fugit ocior Euro,
 ut capulum ignotum dextramque aspexit inermem.

702 cum] qui Kl. ZöG. 1881, 599. 709 cernere P¹ Mentel.²
 discern. bπ dec. cet. l. 713 crebris M¹γ¹ 714 miscetur V
 720 volnera] proelia γ¹π 732 ictum MR aliquot¹ Pier. π post 732
 quid superest? add. Paris. 7931; Ribb. lac. stat. 733 ante subeat
 dist. commate Madv. 46, ut protasis sit *ni f. s.*

fama est prae
 conscendebat
 dum trepidat.
 idque diu.
 sufficit; post
 mortalis muer
 dissiluit; fulv
 ergo amens d
 et nunc huc,
 undique enim
 atque hinc va
 Nec min
 interdum gen
 insequitur tre
 inclusum velu
 cervum aut p
 venator cursu
 ille autem in
 mille fugit ro
 haeret hians
 increpuit ma
 tum vero ex
 responsant c
 ille simul fu
 nomine que
 Aeneas mor
 exitium, si
 excisurum u
 quinque orb
 huc illuc; n
 praemia, sed
 forte sacer
 hic steterat,
 servati ex ur
 Laurenti div
 sed stirpem
 sustulerant,
 hic hasta Ae
 detulerat, fix
 741 resp
 M; Ribb.
 IX 541.

fama est praecipitem, cum prima in proelia iunctos 735
 conscendebat equos patrio mucrone relicto,
 dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci;
 idque diu, dum terga dabant palantia Teuceri,
 suffecit; postquam arma dei ad Volcania ventum est,
 mortalis mucro glacies ceu futilis ictu 740
 dissiluit; fulva resplendent fragmina harena.
 ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus
 et nunc huc, inde huc incertos implicat orbis;
 undique enim Teuceri densa includere corona
 atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt. 745
 Nec minus Aeneas, quamquam tardata sagitta
 interdum genua impediunt cursumque recusant,
 insequitur trepidique pedem pede fervidus urget,
 inclusum veluti si quando flumine nactus
 cervum aut puniceae saeptum formidine pinnae 750
 venator cursu canis et latratibus instat,
 ille autem insidiis et ripa territus alta
 mille fugit refugitque vias, at vividus UMBER
 haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti
 increpuit malis morsuque elusus inani est. 755
 tum vero exoritur clamor ripaeque lacusque
 responsant circa et caelum tonat omne tumultu;
 ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnis
 nomine quemque vocans notumque efflagitat ensem.
 Aeneas mortem contra praesensque minatur 760
 exitium, si quisquam adeat, terretque trementis
 excisurum urbem minitans et saucius instat.
 quinque orbis explent cursu totidemque retexunt
 huc illuc; neque enim levia aut ludicra petuntur
 praemia, sed Turni de vita et sanguine certant. 765
 forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
 hic steterat, nautis olim venerabile lignum,
 servati ex undis ubi figere dona solebant
 Laurenti divo et votas suspendere vestes;
 sed stirpem Teuceri nullo discrimine sacrum 770
 sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
 hic hasta Aeneae stabat, huc impetus illam
 detulerat, fixam et lenta radice tenebat.

741 *resplendet . . fragmen* M²R 744 *densa Teuceri libri pr.*
 M; Ribb. 746 *tardante* M²c² 757 *tumultu] fragore* ma²b²; cf.
 IX 541. 773 *et om.* M²a¹b¹ post *lenta* add. ab M²P, in χ

Incubuit voluitque manu convellere ferrum
 Dardanides teloque sequi, quem prendere cursu 775
 non poterat. tum vero amens formidine Turnus:
 'Faune, precor, miserere' inquit 'tuque optima ferrum
 terra tene, colui vestros si semper honores,
 quos contra Aeneadae bello fecere profanos.
 dixit opemque dei non cassa in vota vocavit. 780
 namque diu luctans lentoque in stirpe moratus
 viribus haud ullis valuit discludere morsus
 roboris Aeneas. dum nititur acer et instat,
 rursus in aurigae faciem mutata Metisci
 procurrit fratrique ensem dea Daunia reddit. 785
 quod Venus audaci nymphae indignata licere
 accessit telumque alta ab radice revellit.
 olli sublimes armis animisque relecti,
 hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
 adsistunt contra certamina Martis anhelii. 790
 Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
 adloquitur fulva pugnans de nube tuentem:
 'quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
 Indigetem Aenean scis ipsa et scire fateris
 deberi caelo fatisque ad sidera tolli. 795
 quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
 mortalin decuit violari vulnere divum?
 aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
 ereptum reddi Turno et vim crescere victis?
 desine iam tandem precibusque inflectere nostris! 800
 ne te tantus edat tacitam dolor et mihi curae
 saepe tuo dulci tristes ex ore recursent:
 ventum ad supremum est. terris agitare vel undis
 Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
 deformare domum et luctu miscere hymenaeos; 805
 ulterius temptare veto.' sic Iuppiter orsus;
 sic dea submisso contra Saturnia voltu:
 'Ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,
 Iuppiter, et Turnum et terras invita reliqui;
 nec tu me aëria solam nunc sede videres 810

782 *discurrere* M¹γ³ *edere* γ¹ *discindere* Venet. *convellere*
 a¹cx. 784 *mutata*] *conversa* M²Pγ Lad. 790 *contra ad c.* Schenkl
 ap. Kl. *certamine* bγ; cf. Serv. 799 *expertum r.* Gent 63. 801 *nec*
 a²bc Serv. Lad. *ni* P¹ Ribb. *edit* P¹γ¹ Diom. 362, 24; Ribb., qui v.
 801/2 post 832 coll. post 802 vulgo puncto dist. 809 *relinquo* P²

digna indigna p
 stare acie tra
 Iuturnam miser
 suasi et pro
 non ut tela tan
 adiuro Stygii ca
 una superstitio
 et nunc cedo e
 illud te, nulla
 pro Latio obtes
 cum iam conub
 component, cu
 ne vetus indige
 neu Troas fieri
 aut vocem muta
 sit Latium, sin
 sit Romana pos
 occidit occideri
 Olli subri
 es germana lo
 irarum tantos
 verum age et
 do, quod vis,
 sermonem Aus
 utque est, non
 subsident Teu
 adiciam faciam
 hinc genus Au
 supra homines,
 nec gens ulla t
 adruit his Iun
 interea excedit
 His actis
 Iuturnamque p
 dicuntur gemin
 quas et Tartare
 uno eodemque
 serpentum spiri
 hae Iovis ad so
 apparent acun

825 *vestes* l
 Menag. l Mentel.

digna indigna pati, sed flammis cincta sub ipsa
 starem acie traheremque inimica in proelia Teucros.
 Iturnam misero, fateor, succurrere fratri
 suasi et pro vita maiora audere probavi,
 non ut tela tamen, non ut contenderet arcum; 815

adiuro Stygii caput implacabile fontis,
 una superstitio superis quae reddita divis.
 et nunc (cedo equidem pugnasque exosa relinquo.) P?
 illud te, nulla fati quod lege tenetur,

pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum: 820

cum iam conubis pacem felicibus (esto)
 component, cum iam leges et foedera iungent,
 ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
 neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari
 aut vocem mutare viros aut vertere vestem. 825

sit Latium, sint Albani per saecula reges,
 sit Romana potens Itala virtute propago;
 occidit occideritque (sinas) cum nomine Troia.

Olli subridens hominum rerumque repertor:

'es germana Iovis Saturnique altera proles: 830
 irarum tantos volvis sub pectore fluctus.

verum age et inceptum frustra submitte furorem!
 do, quod vis, et me victusque volensque remitto.
 sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,
 utque est, nomen erit; commixti corpore tantum 835

subsident Teucri. morem ritusque sacrorum
 adiciam faciamque omnis uno ore Latinos.

hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,
 supra homines, supra ire deos pietate videbis
 nec gens ulla tuos aequae celebrabit honores.' 840

adnuis his Iuno et mentem laetata retorsit.
 interea excedit caelo nubemque relinquit.

His actis aliud genitor secum ipse volutat
 Iturnamque parat fratris dimittere ab armis.
 dicuntur geminae pestes cognomine Dirae, 845

quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram
 uno eodemque tulit partu paribusque revinxit
 serpentum spiris ventosasque addidit alas.

hae Iovis ad solium saevique in limine regis
 apparent acuuntque metum mortalibus aegris, 850

825 vestes Pyc 830 et Bentl. 835 sanguine R tanto R
 Menag. I Mentel. III Goth. III 837 adicient prop. Wagn.

si quando letum horrificum morbosque deum rex
 molitur, meritas aut bello territat urbes.
 harum unam celerem demisit ab aethere summo
 Iuppiter inque omen Iuturnae occurrere iussit.
 illa volat celerique ad terram turbine fertur; 855
 non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta,
 armatam saevi Parthus quam felle veneni,
 Parthus sive Cydon, telum immedicabile, torsit,
 stridens et celeris incognita transilit umbras,
 talis se sata Nocte tulit terrasque petivit. 860

Postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni
 alitis in parvae subitam collecta figuram,
 quae quondam in bustis aut culminibus desertis
 nocte sedens serum canit importuna per umbras —
 hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora 865
 fertque refertque sonans clipeumque everberat alis.
 illi membra novus solvit formidine torpor
 arrectaeque horrore comae et vox faucibus haesit. = Tv, 280 .
 at procul ut Dirae stridorem adgnovit et alas,
 infelix crinis scindit Iuturna solutos 870

unguibus ora soror foedans et pectora pugnīs:
 'quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare?
 aut quid iam durae superat mihi? qua tibi lucem
 arte morer? talin possum me opponere monstro?
 iam iam linquo acies. ne me terrete timentem, 875
 obscenae volucres; alarum verbera nosco
 letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
 magnanimi Iovis. haec pro virginitate reponit?
 quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est
 condicio? possem tantos finire dolores 880

nunc certe et misero fratri comes ire per umbras.
 immortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum
 te sine, frater, erit? o quae satis ima dehiscat
 terra mihi manisque deam demittat ad imos!'
 tantum effata caput glauco contexit amictu
 multa gemens et se fluvio dea condidit alto. 885

860 *talem* π; def. Kv. 1878, 266, sed cf. X 768. 862 *subito* P¹^b
coniecta γ¹ *coniecto* P *conversa* M 865 *ob* | *inod* M¹ *in* M² Goth. III
ad Pyc 867 *iolli* γ¹ *olli* b Paris. 7931 Ribb. 871 *damn.* Gūth.
 1876, 25. 873 *curae* prop. Thilo; cf. G. III 286. 882/4 ut dittogr.
 v. 879/81 secl. Rbb. 883 *ima* | *alta* cm complures cod. Pierii et
 Heinsii. *dehiscet* P¹ Ribb. 884 *demittit* P¹ *demittet* Ribb.

Aeneas ins
 ingens arboreum
 quae nunc de
 non cursu, s
 verte omnis te
 sire animis sive
 astra sequi clau
 ille caput quass
 dieta, ferox; di
 nec plura effatu
 saxum antiquum
 limes agro posi
 vix illud lecti b
 qualia nunc hor
 ille manu raptu
 altior insurgens
 sed neque curr
 tollentem ma
 genna labant,
 tum lapis ipse
 nec spatium eva

Ac velut in
 nocte quies, n
 velle videmur
 succidimus (no
 sufficient vires
 sic Turno, qua
 successum dea
 vertuntur varii,
 cunctaturque m
 nec, quo se eri
 nec currus usq
 cunctanti telum
 sortitus fortunam
 eminus intorquet
 tormento sic sax

893 *clausum*
 Prol. 86 dubitat, ut
 an v. 890 post 893
 eundem Peerlk.
 P¹ *saxum* lib
 816 *letumque* P Rib
 Vergilius.

Aeneas instat contra telumque coruscat
 ingens arboreum et saevo sic pectore fatur:
 'quae nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne, retractas?
 non cursu, saevis certandum est comminus armis. 890
 verte omnis te in facies et contrahe, quidquid
 sive animis sive arte vales; opta ardua pinnis
 astra sequi clausumque cava te condere terra . . .
 ille caput quassans: 'non me tua fervida terrent
 dicta, ferox; di me terrent et Iuppiter hostis.' 895
 nec plura effatus saxum circumspicit ingens,
 saxum antiquum ingens, campo quod forte iacebat,
 limes agro positus, litem ut discerneret arvis;
 vix illud lecti bis sex cervice subirent,
 qualia nunc hominum producit corpora tellus; 900
 ille manu raptum trepida torquebat in hostem
 altior insurgens et cursu concitus heros.
 sed neque currentem se nec cognoscit euntem
 tollentemve manus saxumque immane moventem:
 genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. 905
 tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus
 nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.
 Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
 nocte quies, nequiquam avidos extendere cursus
 velle videmur et in mediis conatibus aegri 910
 succidimus (non lingua valet, non corpore notae
 sufficiunt vires nec vox aut verba sequuntur),
 sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
 successum dea dira negat. tum pectore sensus
 vertuntur varii, Rutulos aspectat et urbem 915
 cunctaturque metu telumque instare tremescit
 nec, quo se eripiat, nec, qua vi tendat in hostem,
 nec currus usquam videt aurigamve sororem.
 cunctanti telum Aeneas fatale coruscat
 sortitus fortunam oculis et corpore toto 920
 eminus intorquet; murali concita numquam
 tormento sic saxa fremunt nec fulmine tanti

893 *clausumve* P Menag. I Ribb. post hunc v. lac. stat. Rbb.;
 Prol. 86 dubitat, utrum exciderit clausula velut *numquam hodie effugies*
 an v. 890 post 893 collocandus sit. 899 *illum* Mb 903 *sese cogn.*
eundem Peerk. 904 *tollentemque* M^yc *manum* Moret. II. *manu*
 Pbc *saxumve* libri pr. *yc* 906 *l. i. ruit.* Gent 65. 913 *quame.* P¹
 916 *letumque* P Ribb. 918 *ve] que* Ryb

dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
 exitium dirum hasta ferens orasque recludit
 loricae et clipei extremos septemplicis orbis: 925
 per medium stridens transit femur. incidit ictus
ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
 consurgunt gemitu Rutuli totusque remugit
 mons circum et vocem late nemora alta remittunt.

Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem 930
 protendens: 'equidem merui nec deprecor' inquit;
 'utere sorte tua. miseri te si qua parentis
 tangere cura potest, oro, (fuit et tibi talis
 Anchises genitor) Dauni miserere senectae
 et me, seu corpus spoliatum lumine mavis, 935
 redde meis. vicisti et victum tendere palmas
 Ausonii videre, tua est Lavinia coniunx;
 ulterius ne tende odiis.' stetit acer in armis
 Aeneas volvens oculos dextramque repressit.
 et iam iamque magis cunctantem flectere sermo 940
 coeperat, infelix umero cum apparuit alto
 balteus et notis fulserunt cingula bullis
 Pallantis pueri, victum quem volnere Turnus
 straverat atque umeris inimicum insigne gerebat.
 ille, oculis postquam saevi monumenta doloris 945
 exuviasque hausit, furiiis accensus et ira
 terribilis: 'tunc hinc spoliis indute meorum
 eripiare mihi? Pallas te hoc volnere, Pallas
 immolat et poenam scelerato ex sanguine sumit.'
 hoc dicens ferrum adverso sub pectore condit 950
 fervidus. ast illi solvuntur frigore membra
 vitaeque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

930 *supplex om. que* PRy² Ribb.

gibi nisi

In nominibus
 sunt, nisi prod
 mesuram in q
 brevitati servi
 fluvius Graeco
 muntarium Ro

Abaris Rut. I
Abas 1. Troi.
 2. Graec.
 3. Etr.

Abella urbs Ca
Acamas Graec.
Acarnan V 298
Acca socia Car
Aeesta urbs Si
 Egesta

Acestes rex Sic
 dus I 1

Achaemenides

Achaicus = Gr
Achates 'fidus'

III 523.
 466. X

Acheron 1. flume
 2. regnu

Achilles fil. Pel
 V 804.

Achilleus adi. III

Achivi 'Aχαιοι =
 gen. -om

Acidalia mater
 Acidali
 lavari